#### Epidemia, quae anno 1826 urbem Groningam adflixit / [Gerbrand Bakker].

#### **Contributors**

Bakker, G. (Gerbrand), 1771-1828

#### **Publication/Creation**

Groningen: W. van Boekeren, 1826.

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/jjhup4tx


#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.


You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org



12009/13





# EPIDEMIA,



QUAB

#### CIDIDCCCXXVI

URBEM GRONINGAM ADFLIXIT,
IN BREVI CONSPECTU POSITA

#### A G. BAKKER,

PROFESSORE MEDICINAE.

Atque ea vis omnium morborum pestilitasque,
Aut extrinsecus, ut nubes nebulaeque superne
Per caelum veniunt: aut ipsa saepe coorta
De terra surgunt, ubi putrorem humida nacta est,
Intempestivis pluviisque et solibus icta.

Lucretius Carus de rerum natura Lib. VI. vsu 1095.



apud W. VAN BOEKEREN,

Ubi etiam prostat hic conspectus, Lingua Belgica ab Auctore conscriptus.

# EPIDEMIA,

anup."

### N'NO CIDIOCCEXXVE

DRHEM GRONINGAM ADFLIXIA, IN HERVI CONSPECTU POSITA

# A G. BAKKER,

PROPESSORE BEDICINAR.

Aspec of ose contlan moreorum positicasque, out confecus, ut nubes dobulacque fupeme. For equite contact and interpretable morta. The aspect fuegone, out provided humida nacta ost.

Interpretable provided established tota.

Luci etter Carus de terner queta

HISTORICAL MEDICAL BRABI

Ubi eddas produt hic compactus, Lingua Bolgica

Obi eddas produt hic compactus, Lingua Bolgica

the Auctore conferiptes.

## INDEX ARTICULORUM.

a) Caufae accedences.

endemica.

§ 13. Continuatio.

Ur be facylerit marbus, as diutius ibidom

S 10. Caufarum morbi generalium confideratio,

S 12. Contraction cauforum generalium exponitio.

. S 12. De eausts eur majori eum vehimentie in

S 1. Opusculi origo ac propositum.

b) Do caula locali, peculiari,

- § 2. Generalis soli atque aeris patrii conside-
- § 3. De situ ac natura agri et Urbis Groninganae.
- § 4. Morbi initium, progressus, letalitas, in variis Provinciae locis.
- § 5. Epidemiae, qualis intra muros erat, conspectus.
- § 6. Inquiritur in morbi naturam.
- § 7. Morbi sequelae.
- § 8. De iis, quae docuit cadaverum inspectio.
- § 9. Inquiritur in morbi indolem contagiosam.

- § 10. Causarum morbi generalium confideratio.
- § 11. Contractior causarum generalium expositio.
- § 12. De causis cur majori cum vehementia in Ur be saevierit morbus, ac diutius ibidem protractus suerit.
  - a) Causae accedentes.
- § 13. Continuatio.

.01 2.

b) De causa locali, peculiari, endemica.

deratio.

Eanar.

- § 14. De Epidemiae recurrentis periculo.
- § 15. De Epidemiae prophylaxi et cura.

S 2. Do seu ac natura agri et Urbis Cronin-

& 4. Mordi initium , progressus , letalitas , in

S 5. Epidemiae, qualis intra muros erat, com-

S. 6. Inquirieur in morbi masurem.

S. 7. Morbi Seguldee.

variis Provincia Piccis.

S 8. De 113 , quae docute caldaverum inspectio.

S 9. Inquirisur in marbi indolom consugictions

EPI-

# EPIDEMIA GRONINGANA

out medendi tario: ubiconoue anna agirur de vita

Nemec in lefe mechaning peculiarinin decurity

cillus ese diludicaro a quaestam (vorotomata critica

### ANNI CIDIDCCCXXVI

In coollimatione vero epidemica, morborum radii

hoe practical tenta, cam ilippoerate, especi-

mmm

in continuació rocuin collecti, surigin breis figur-

morbi Naturun; hung lana follicite comparata

bus, non acure for around anal deciment ad verum

# Opusculi origo ac propositum:

Magnae procul dubio cuivis Medico utilitatis est morborum popularium historia: phaenomena enim, quae in labefactata singulorum hominum sanitate occurrunt, non raro aliquid obscuri habent atque ambigui: utrum nimirum originem ducant e rebus ambientibus, nec tamen vulgaribus, an vero et in quantum debeantur vitae generi, temperamento, moribus, gestis vel quidquid demum hominem faciat ab homine diversum.

Ne

Neque in ipso morborum peculiarium decursus facilius est dijudicatu, quaenam symptomata critica fuerint quae symptomatica, quid Natura secerit quid medendi ratio: ubicunque enim agitur de vita ac salute humana, has servare primum, scientiam suam augere accessorium Medici est officium, atque hoc praesertim sensu, cum Hippocrate, experimentum dissicile habeatur et judicium periculosum.

In constitutione vero epidemica, morborum radii, in communem focum collecti, tantum lucis spargunt ut, ab heterogeneis ac fortuito accedentibus, non aegre separentur quae pertinent ad veram morbi Naturam; hanc signa sollicite comparata deinde in apricum ponunt, et in Medicina facienda vix quidquam relinquunt incerti.

Nec tamen pauca sufficient morborum vulgarium exemplaria: namque ut in locupletissimo Naturae organicae thesauro vix aliquid sibi simile est, sic etiam morbi inter se diversi sint necesse est pro causis; sitve hae ex Terrae visceribus exsurgant, aut ab Astrorum essicacia pendeant, aut mille ceteroquin modis mutabili producantur Atmosphaerae conditione.

Practertim vero nostra Epidemia omnium meretur observantiam: primo enim, post hominum memoriam, tam in urbe quam ruri nulla suit adeo generalis adeoque graviter simul incolas infestans; deinde, aliis praecellit singulari ejus ac perquam paradoxo ingenio. Est nimirum nec verna nec autumnalis; ab initio ad sinem typum sequitur sebris intermittentis aut sub ejus dominio est; motu insolito et quasi retrogrado in puriorem intermittentem transit, absque tamen ut benignior inde evaserit; inter eximie malignos minime referenda, neque etiam contagiosa, multis suit letalis; tot menses perstitit, quod hebdomadum sere spatio conscripti esse solent; omnium denique primam corripuit Urbem, salubritatis sama prae aliis sere celebratam.

Multorum igitur Medicorum, tum Patriae nostrae cum etiam extraneorum, desiderio atque exspectationi occurri, si conscripta iis tradatur hujus morbi historia, partim mihi patuit, partim suspicari licebit. Hanc vero rem mihi susciplendam esse arbitratus sum, quoniam ex omnibus, qui aegrorum curationi operam dederunt ipsi, vix quisquam tanto suatur otii; me scilicet praxis minus occupavit, praeter mensem Septembris cum sequente; quae pars tantummodo spatii est, quod Epidemia implevit, spatii vero, quo morbi atrocitas ad summum pervenerat.

Ex Epidemiae historia dare quae ipse vidi, iisque meam, de morbi indole et causis quaeque

+31

reliquae sunt ejus conditiones, sententiam subjungere animus est; de primo Epidemiae ingressu, de aliis Patriae regionibus, de cadaverumque inspectione, aliunde mihi notis, tantum additurus, quantum facere videatur ad rem ipsam illustrandam.

Erroribus qui, in judicando vel in ipsa etiam observatione, remanserint, majore experientia vel vi unita fortiores meliora aliquando substituant, est mihi in votis: in tanta enim aegrotantium copia rebusque adeo consussa ac pene desperabundis, si unius hominis, mei saltem non est integram omnique numero absolutam conscribere Epidemiae historiam, et cum S y d e n h a m o (de morbis epidem. ad sinem Cap. 3.), "unum hoc molior, ut quo pacto res se habuit nuper, enarrem, quod ad has scilicet regiones spectat et hanc, in qua degimus, Urbem; ut meum, quale quale sit, symbolum conferam ad opus inchoandum."

### quant tanto runtur o. 12 Collect pravis minus

aggrerum curationi operate dederum lofi, vix onis-

aimbig Generalis foli atque aeris patrii

Si quis Patriae nostrae, septem nimirum, quibus quondam constabat, Provinciarum contemplatus

fuerit situm in maris Belgici simulque sinus ejus mediterranei litore, ad fluminum ostia ipfo flumine multo ampliora, cum infigni lacuum et canalium ubivis reptantium numero; si tantae aquarum copiae addiderit atmosphaeram, tempore brumali vaporibus necessarie gravidam ac nebulis, ex amplisfima hac superficie surgentibus, nec raro etiam media aestate vento boreali ex mare de repente adlatis, vix crederet, tantam hominum frequentiam, tam parvo spatio accumulatam, sanitate satis illaefa frui posfe vitamque ad folitas Naturae terminos producere. Nihilo tamen minus fatis superque historia constitit, morbos populares Nostratibus nec frequentiores esse, nec graviores, nec funerum numero infigniores quam in plerisque terrae regionibus: adopuborg aodrom parmay madray

Hae vero conditiones multo feliciores esfe deberent, nisi aquosae atmosphaerae caeloque mutabili, quaeque reliquae fint potentiae nocentes propriae, accederet ipfius fundi in pluribus regionibus inconstantia; quando nempe flumina glacie obstructa aut Oceani fluctus vento coacervati, victo quolibet artis fervatricis munimento, terras deeliviores aquis penitus submerserint. Notissimum enim est, tali diluvie, cum massa aquarum aucta deminui caloris temperaturam, atque hoc pacto increscere morborum nostratibus propriorum numerum.

Nec tamen in solo frigore, humidiori etiam temperiei juncto, morborum nostrorum ponimus causam: jam dudum quippe omnium constitit experientia, multo gravius nos plecti, infolito aestu ad constitutionem hanc, quasi endemicam, accedente; nec mirum; etenim tempore quo sensim sensimque in aera dissipantur vapores aquei meraci, primo loco huic aeri humido simulque frigido mox fuccedit humor calidus, ad morbos infolitos homines infuetos disponens ac pariter excitans; deinde fundo ficcato, tali dispositioni vel morbo etiam jam ingresso, nova causa adjicitur, miasma nempe specificum, alius in universum naturae morbos producens, quam catarrhales ac biliofos a perspiratione turbata oriundos, quales epidemiae, his terris propriae, esse solent ac saepe recurrere.

Ad nostrum propositum facit inquirere in hujus miasmatis naturam aut saltem originem. Sunt, qui terrae argillaceae seu aluminosae, momento quo siccari incipiat, essuviis, prae aliis inprimis prae sundo arenario, tribuunt specifice nocivam hanc potentiam. Nec desunt quoque exempla, terram argillaceam, eamque valde compactam, qualis

agrorum nostrorum fertilitatem facere solet, ardente sole diu exsiccatam, ex hiatu profundo hinc et inde aperto, vapores emisisse ruricolis manifeste nocentes. Argilla autem vix potest quin maxima in culpa ponatur, si comparata fuerit cum folis terris arenosis: praeterquam enim quod fabulum, humore quantum capere possit imbutum, porofitate sua aquam facile demittat, quodque reliquum est ardore solis ventisque dispergentibus cito exhauriatur, non obliviscendum est, nostrae experientiae fontes, fitve folum vaporem aqueum spectent vel miasma quoddam specificum, maximam partem in terris argillaceis esse sitos. Primo nimirum, maris Belgici fundus ad fluminum ostia ex argilla constat, quae aquarum recessu, a tempore praesertim vernali ad autumnum usque, saepius nuda jacere folet; ita vero ut, sive maris aestu vel procellis quandoque impulsa aqua, a plenaria siccitate fervetur; ejusmodi quoque evaporatio, si diu perstiterit, sua contribuere poterit ad excitandam febrem, hinc inde endemicam, indolis biliofae, quandoque typhoideae, nec raro intermittentis. .... see Scionivor animi amixala

Deinde, pars nostrae Patriae fluviis non raro, subinde etiam aqua marina obrui solet; cujus rei proximum atque tristissimum exemplum habemus

in submersione, quae accidit circa initium anni praegressi.

A tali diluvio liberae manent terrae sabulosae, ut elevatiores, adffiguntur contra argillaceae; oriuntur morbis aestivi et autumnales, tam certi ac
necessarii aeris valde humidi, praesertim si ad vesperam refriguerit, pedisequi, ut e sola causa
praesagiri sere queant.

Denique aggerum ac molendinarum auxilio, lacuum fundus itidem argillosus non raro convertitur in sertilissimum agrum; et in nostra inprimis Provincia insignis terrae copia, sluviorum ipsiusque maris alluvie accumulata, simili arte aquarum dominio erepta est, eripique quotidie pergit.

Vapores autem argillaceos folos non esfe accue fandos, historia nostra, ni fallor, docebit.

# coms quanticque impare en partir de districte de district

# De situ ac natura agri et Urbis Groninganae.

fac quandoque typhodiano, nec raro intermit-

Maxima huius Provinciae pars, quatenus comprehenditur flumine Huneso, ostio Amasi ipsoque mare, et canalibus, qui ab Urbe ducunt orientem versus ad. Delssilam, tractuque opposito ad fines Frisiacos, pauculis exceptis solum habent argillaceum. Regiones contra, quae Frisiam interjacent ac Drentiae plagam occidentalem, sabulo constant limoso. Reliquis, versus meridiem et orientem ab Urbe sitis, praeter agros sertilissimos
Dullarti viciniam tenentes, arena est cum terra
tursaria.

Haec maris ejusque borealem Provinciae partem cingentis vicinitas, ac situs, quem ager Groninganus occupat ad septentrionales Belgii limites, plurimum faciunt ad explicandam temperiem reliquis Provinciis frigidiorem: non ampla enim est aquosa lacuum superficies, et quamvis agri quidam, praeprimis suburbani, hieme aquis submersi maneant, rari tamen sunt, nisi ad limites Monasterienses, loci vere paludosi.

Urbs cum Provincia id commune habet, ut in folo posita sit, e terra argillacea constanti ac sabulosa. Pars enim ejus serme dimidia sinem occupat dorsi illius elevatioris inter slumina Aham et Hunesum; quae pars est regionis montanae in longam distantiam protractae, nomine Hundsruck notissimae, hic loci omnis generis lapides et locupletissimum continentis petresactorum thesaurum. Ex regione suburbana boreali, ubi lente desiit, collis hic iuxta lineam sere rectam ducitur

per totam urbem, meridiem versus; deinde senfim adscendit ad editiores usque vicinae Drentiae locos, eo cum effectu ut Groningani destituantur radiis solaribus reflexis, quos ab opposito clivi latere accipiunt Drentiae ac Transisalaniae regiones meridionales; qui igitur situs accedit ad mox nominatas rationes, ob quas tempestate fruimur frigidiore, qua hiems longior evadit fimulque durior, cum reliquis Patriae regionibus comparata.

Tam longe vero abest ut hae conditiones quidquam detrahant de Urbis salubritate, ut potius inter sanitatis praesidia censeri mereantur. Etenim aer humidus frigori junctus, qualis nostris in terris frequens esse solet, perspirationem non tam facile turbat adfuetis, fanis, bene pastis, fuaeque, quod primum est, non alienae terrae more vestitis. Praeterea frigus limites fuos habet quos ultra glaciale fit, simulque humore nocere definit. cupae dorf illies elevations inter flum

Ut vitae genus, tum varia necessitate cum populari experientia duce, a climate nunquam omnino est alienum, sic etiam victu utimur paululum duriore, vestitu calido, ac foco, quantum requiritur, semper parato atque egregie nutrito.

Dicta confirmant infignis hominum ad aetatem

11

provectiorem productorum numerus; qualiter etiam habitu forti et faciei colore temperamentum indicatur, ab irritabiliori, nervoso saltem, alienum, atque sic partem faciens temperamenti Batavi, quod, ab Exteris generali nimis titulo minusque seliciter Phlegmaticum appellari solitum, in septem antiquis Provinciis multo magis a se met invicem distat, quam spatium, quo comprehenduntur, inexperto significare videretur.

Qua vero nostra a reliquis, Hollandiae inprimis Provinciae, Urbibus magis discrepat, semper mihi visa est talis constitutio endemica, qua exfulant sere morbi Rachitici ac Scrophulosi, paulo frequentiores contra observantur inslammatorii, quaeque ceteroquin in Patria nostra rarior est, Angina infantum trachealis.

Maximum autem, quo salubritas Urbis probatur, argumentum est in minori morborum vulgarium graviorum frequentia; quo respectu si nostrum comparare voluerimus cum praegressis, adscendendum foret ad Epidemiam anni 1779, quae saeviit in permultis Patriae regionibus; Dysenteria vero, frequentissimum et maxime perniciosum ejusdem morbi symptoma, ut in paucis aliis Urbibus, sic etiam Groningae rarius suit observatum.

des milit rogenti- quem humanistimo camdon exponera

# proventorem productoriti pumerus ; qualifer etlan

babita ford et faciei colore temperamentum in #4

Morbi initium, progressus, letalitas, in variis Provinciae locis.

ab Exteris generali nimis rimile uni

Tempore vernali usque ad aequinoctium Ruri omnia fere sana, praeter adfectionem indolis typhoideae, praesertim in pago Warfum ad Septentrionales Provinciae fines, nec tamen gravem, et inopi vitae generi maxime tribuendam. In aliis, Zvldyk, het Zand, Godlinse, Zeeryp, eodem tempore regnavit Searlatina benigna.

Ab ineunte mense Iulio, in pagis Middelstum, Warfum, Kantens eorumque vicinia aliquot infantes Tussi quinta perierunt. Ast circa medium hujus mensis ad ejus finem, aegrorum, unius Medici curae commissorum numerus a 30 ad 250 fuit auctus (\*). Eodem fere tempore morbus adparuit in circulo Dammonensi, simulque in parte boreali regionis Hunesgoniae, absque tamen ut vicinis ei Fivelgoniensibus pepercerit. Abhine tendere visus testic in permissife Parise reviewing at diverterie

(\*) Pro morbi ruralis hac Historia gratias nostras accipiat Doct. E. Wichers, in regione Middelstumensi praxin medicam atque obstetriciam feliciter exercens, qui mihi roganti quam humanissime eamdem exponere woluit.

vero . frecuentisfierum et mattime merchelofian eius-

est in tractus meridionales, ad occidentem simul divergens, atque sic, diversa tamen vehementia, universam fere Provinciam occupare.

Sequentia ex hisce praesertim notanda veniunt. Primo, pagum Kantens ac vicinos sunerum numero reliquis longe suisse superiores, ita ut in hisce, nominatim Stitswert, Zandeweer et Eppenhuizen pars circiter incolarum occubuerit; majorem vero circulum Dammonensem accepisse cladem, ubi in solo pago Wirdum pars civium periit.

Deinde, ex utriusque mox nominatis Septentrionalibus Provinciae regionibus, morbo minus laborasse

- a) Pagos Garsthuizen, Stedum, Middelstum, Onderdendam; quamvis postremo loco, qui 3 tantummodo incolarum morte perdidit, maxima fuerit aquae potabilis inopia
- b) Regionis Hunesgoniensis partem occidentalem, quae Marnensis quondam suit Praesectura.
- c) Locos mari proxime adjacentes: ita ut serius simulque levius adfecti suerint incolae orae maritimae universae et agrorum arte exsiccatorum: quales sunt Ulrum, Vierhuizen, Hornhuizen, Noordpolder, cum reliquis agris in vicinia pagi Uithuizen, inter aggerem veterem atque novum sitis, a Zoutkamp usque ad Delssilam; qui tamen ipse

locus, respectu etiam Epidemiae, circulo Dammonensi adnumerandus est.

Ex hisce elucet, morbum seelem suam primariam habuisse in plaga Provinciae Septentrionali, ibidemque maximo surore saeviisse in parte sere media, Urbem inter et litora maris, sive ab iis ad distantiam circiter 15,0 kilometrorum.

# ci plo emphase staines as 5 malanacomment muinoria

fold page Wirdom I pers civium persit.

# Epidemiae, qualis intra muros erat,

Quae anni praecedentis autumno observata est, febris Tertiana benigna, Quartanae hinc et inde intermixta, paucis mutatis continuavit per primas hujus anni menses. Nec etiam aucta fuit mortalitas ante initium mensis Iunii, quando Diarrhoea regnare incepit, infantibus prae aliis infesta, iisque saepe letalis. Interea circa medium Iulium febris Epidemica simul increscebat, morbi gastrici nunc aut biliosi faciem prae se ferens, cum cephalalgia, etiam vehementiori. Remittentis formam etsi adsumsisset febris, quibusdam etiam Hemitritaei, nihilo tamen minus larvatam proprie esse Intermittentem vel intermittentis imperio subjectam, perio-

dus non raro docuit, magisque etiam medendi ratio.

Diarrhoeâ nunc multum deminutâ morbi principalis conditio per mensem integrum continuavit sine notabili mutatione; quando, circa medium Augusti, sensim sensimque speciem ferre incepit sebris manifestius intermittentis, Tertianae ut plurimum simplicis vel duplicatae typum servantis. Tantum vero abest ut, cum forma morbi mutata, in meliorem partem abierit epidemiae status, ut insigniter increscente aegrotantium numero, variisque causis, de quibus deinceps, accedentibus, ab hoc tempore per duos menses et supra, summum adscenderit perniciei atque letalitatis gradum.

Sequens est imago morbi, qualis erat atrocissimo Epidemiae statu.

Febris de repente solet invadere, cum frigore brevi nec vehementi; pulsus non valde frequens; dolor capitis, dorsi et extremitatum, inprimis inferiorum; lingua mucosa; vomitus quandoque, non raro in accessu, nonnullis contra ad finem paroxijsmi, plerumque biliosus.

Etiamsi hanc polycholiam, sitve a praegressa hepatis adfectione residuam vel recens productam, hoc modo saepius evacuaverit Natura, valde tamen falleretur, qui emesi arte excitata Naturam quasi imitare voluisset; neque etiam Cathartica utilia erant, nisi forsan ex debilioribus, si quando alvus non responderit. Optime contra succedebant Sambucina, Acetum, Acetis vel Murias Ammoniae, cum Valeriana, Camphora, Papaverinis, Aethere sulphurico alcoholico, similiaque diaphoretica, leniter excitantia. His quoque egregie medebatur Diarrhoeae, in quam hocce etiamnum tempore proni non raro erant aegri, quaeque, pueris praecipue, nonnunquam abiit in Dysenteriam, nec gravibus tamen tenesmis notatam, ac solo fere collapsu virium letalem. Plerique autem tali remediorum genere incassum tentati, accepto Sulphate chininae mox bene valebant, relicta tamen insolita debilitate, in iis etiam qui tres tantum vel quatuor paroxysmos erant passi.

Difficile est dictu utrum, ex eadem hac febre mitiore, deinceps oriatur malignior feu magis perisculofa, an vero haec a priori jam ab initio diversae fuerit naturae: namque paroxysmo ingredienti fimilia fere femper esse videbantur symptomata; experto tamen in solo pulsu subinde observari potuit nescio quid heterogenei, paululum tensi ac statum quemdam denotantis obseure spasticum, qui continuabat per stadium quoque sudoris seu relaxationis universum. Talis febris mox transire solet

in tertianam duplicatam admodum infidiosam, praesertim quia nullo fere symptomate proprio ac facile conspicuo significabatur: praecipua enim adfectio erat Cephalalgia vehemens, lancinans, frontalis, inter capitis tempora inprimis furens, et epistaxi quandoque levanda; nec tamen magis quam ipfe typus febrilis certum haec fuit malignitatis indicium. In universo igitur hoc rerum statu tutissimum nisi unicum remedium est, ut Sale specifico, circa finem paroxysmi fumto, febris mox juguletur; quod fere semper successit, dummodo non nimis parca manu, ac dosi periculo morbi accommodata (gr. XV-XXV circiter duorum paroxysmorum intervallo), adhibitum fuerit; quandoque tamen accidit ut, non sufficiente apyrexiae spatio, subsequens paroxysmus non mediocri, nec tamen periculofa notaretur anxietate. Amade lubila simbling hamila

Sin vero febris sibi soli relicta, vel evacuatione gastrica aut sanguinea (exceptis nonnunquam Hirudinibus, capiti vel collo admotis) aliisve debilitantibus perperam sucrit tractata, sequens paroxysmus mortem non raro adsert apoplecticam, aut statum comatosum, vel diarrhoeam, cum dysenteria, delirio ac celerrimo et letali virium lapsu; niss febris, nec meliori eventu, in remittentem vel hemitritaeum prius sucrit conversa.

in terrianam duplicatam. adapodum infidiofam, prace.

fertim quie auflo fere fympromate proprio ac facile

## Inquiritur in morbi naturam.

Cophalaigia veheinens, inneimans, frontalist inter

Ad nostrae epidemiae characterem referri meretur, quod parcissimus sit, si paucos morbillos benignos exceperis, morborum intercurrentium numerus; nec frequens quoque fuit alia ipfius intermittentis periodus. Sin etiam typum nostrum cardinalem mutatum vidimus in continuae vel hemitritaei speciem, non saepe, in praxi saltem privata, observata est morbi proclivitas in indolem typhoideam. Cuius tamen rei causa non quaerenda est in usu Specifici, quo hodie gaudemus, antifebrilis: quantumvis enim immensa huius remedii copia confumta sit, quanta nunquam certe in aliqua epidemia alicui pharmaco acciderit, restabant tamen mille aegri, quorum morbus jam ad Acmen pervenerat vel morte finitus erat, ante quam Medico aut medicamine uti potuissent, quin etiam summa simul omnium rerum inopia laborarent; nihilo tamen minus hi aegrotantes, quantos ipse saltem vidi, raro febrem habebant vere Atacticam, multoque minus Adynamicam; nisi haec nomina tribuere velimus viribus inedia aut morbo prostratis, quaeque jusculo carnis, deinde cibo folidiore, vino aliove medicamine cardiaco, paucis diebus mirum quantum restituebantur; qui vero ex hisce ad incita jam redacti erant, mortem occubuere a confumtione..

Quum febrem jugulare, aut vires excitando sustentare communis erat indicatio vitalis, pauca etiam
colligi potuerunt de vera morbi judicatione: in
quantum e. g. criticis adnumerari debuerint Sudores, subinde valdequam prosus, nunc universales,
modo solum caput idque nudum occupantes. Idem
de Diarrhoea ac Vomitu, nec non de Urinis,
sedimento nonnunquam mucoso vel lateritio notatis, nec raro nisi tenesmo dissicili emittendis;
ne de Aphthis dicam et Exanthemate, mox indicandis.

Dicta autem sussiciunt ad significandum morbum formae parum mutatae, simulque naturae perquam constantis, ab inflammatione alienum, ac toto fere decursu dolosae astheniae charactere notatum. Hanc indolem docuerunt morbi symptomata cum medendi ac moriendi ratione, hanc consirmabunt morbi Actiologia, variique generis languores a sanatione residui.

irogines etiam delicationes, et inter convalescences al

nergeque cocant; il tunquam occasionalem ils ad-

damus vitem difficilem arque laboriolina, quant

- 30

folidiore, vino allove' . Tedi cardine cardines ; paneis

## Morbi Sequelae.

diobus minum quantum restituebantur; qui veros ax

bucce a confinatione.

- 1. Inter has notanda venit magna Debilitas, in hominibus quoque robustis et constitutionis athleticae; qui morbi principalis effectus considerandus erit tanquam variarum adsectionem chronicarum causa, sive prima aut primae accedens.
- 2. Maxima propensio ad pene inevitabilem saepiusque iteratum morbum recidivum. Duplex quoque hujus esse videtur ratio: prima quaerenda est in corpore debilitato, quatenus hoc minus dispositum sit ad ferenda frigoris, caloris et vicissitudinis atmosphaerae, cibi porro ac potus aliarumque potentiarum nocentium damna, quae hominum robustum ac fanum vix tangunt. Altera continuatio est causae generalis seu miasmatis qualiscunque morbifici, quod cur magis parceret morbum passis quam novis, nulla in epidemiae natura ratio manifesta est: pro tempestate igitur et epidemiae stadio alterutram causam principatum agere necesse est. Sin vero, ut non raro fieri debet, utraeque coeant; si tanquam occasionalem iis addamus vitam difficilem atque laboriosam, quam homines etiam delicatiores, et inter convalescentes

vix dum numerandi, agere coacti funt ut, famulatu deficiente, fibi fuisque necessaria curent, facillime explicari poterunt relapfus frequentisfimi, nemini certo evitabiles, ac plus femel iterandi.

- 3. Hydrops, Oedema plerumque, nec raro vehementissimus et celerrime ingrediens, quandoque abeuns in Anafarcam generalem ac nonnullis, epidemia praesertim cum calore et siccitate declinante, in Ascitem. Causa prima iterum videtur esfe in debilitate; accedunt vero in quibusdam fanguinis rubri et coagulabilis inopia cum vitio Lienis, Necrologia praeprimis docente. Mil loiogi spirov
- 4. Ad caufam hanc organicam referendus quoque esse videtur sensus plenitudinis in epigastrio; qui quamquam minus generalis, in eo tamen cum hydrope ac debilitate convenire observatur, ut egregium habeant in prudenti usu Ferri, cum medicamine amaro ac volatili aethereo conjuncti, remedium. Infantibus frequentius remanet tumor abdominis universi; sitve hic oriatur ab adfecto liene, aut glandulis lymphaticis tumidis duriusmus delegiptiste videtur, Sydenhamus ( silvississ
- 5. Quibusdam, sed multo rarius, morbus terminari observatur singulari Aphtharum chronicarum specie; quae in lingua et fauce cognoscuntur adspectu, in oesophago ac ventriculo, dolore

ardente, vel etiam infigniter aucta in hisce organis muci tenacissimi secretione, eaeque valde simili, quam, ut sebris nervosae epidemicae, sibi observatae, symptoma descripsit Reilius (\*). Utramque semel tantum vidi, cum bona sed lentissima morbi sanatione. Ast multo frequentior suit saucium intumescentia et rigor cervicis; hie motum capitis rotatiorum dissicilem reddere, prior vero tam levis esse solet ut deglutitioni vix obstiterit.

6. Aliis circa articulum carpi vel in dorso manus, nec non in multis corporis locis, prodiit variae speciei Efflorescentia, quae diu continuavit, ut plurimum sine pruritu, nec tamen semper sine quodam dolore.

7. Denique nonnullos, cum virium a morbo residua imbecillitate, per aliquod temporis spatium laborare vidimus memoriae lapsu et vaniloqua quadam amentia, nec non duos mania suribunda correptos, omnes tamen satis cito soliusque Naturae auxilio, maniae puerperalis instar, in integram sanitatem restitutos. Hanc maniam a debilitate primus descripsisse videtur Sydenhamus (†).

-oM Cuibradam . fed multo mating , morbins ter-

<sup>(\*)</sup> Memorabilia clinica Halae 1790, vol. 1. pag 6.

<sup>(†)</sup> In Epidemia Londinensi anni 1661 seqq; operum medicorum, Genevae 1716, 4°. pag. 60.

Moveri posset ac mota est quaestio, an Sulphati chininae quaedam partes fint in excitandis aut protrahendis hisce languoribus, epigastrii praeprimis adfectione ac relapfu in morbum? Et fane si quis morbum tam gravem unius nychthemerae spatio in fanitatem restitutum viderit, inprimis fi rationationem, qualemcunque demum, in rebus etiam empiricis, praeponere amet experientiae; talis de fanitati infesta Naturae violatione fomniare posset, ubi expertorum confensu specifica habetur ac vere divina ejusdem remedii virtus, fine qua in summo rerum discrimine confugiendum fuisset ad corticem matricem, quem tamen tam brevi temporis spatio minus certo agere, notissimum est, quique, praeter febrifugam unice hic necessariam, cum volumine etiam nimis magno, vires possidet, in nostro casu minus utiles quam noxios. Itaque in ufu hujus remedii nihil dolendum fuperfuit, nifi quod manus deficerent, quibus fingulo aegro praeparari posset et administrari. Ad quaestionem autem propositam, an prae reliquis convalescentibus morbo recidivo aliisve malis obnoxii fuerint, quorum febris hujus medicamenti viribus cesserit, minus facile, mea faltem fola experientia, responderi potest propter eamdem aegrorum copiam; quafactum est, ut rebus praegressis aut calamo exci-B 4 pien-

SHORE.

piendis, aut memoria servandis et cum sequenti conditione conferendis locus vix suerit. Talem vero tantum non semper vidi hujus pharmaci essectum ut, eodem a febre fracta momento et per plures dies, optime valerent nec de ulla gravitatis aut plenitudinis sensatione conquesti sint convalescentes. Imo etiam mihi visum est, morbi has residuas potius secutas suisse omnino neglectum, vel minori quam sas est dosi adhibitum, aut non diu satis continuatum Sulphatis chininae usum.

## ferum discrimine conta.8 2 m faisfet ad corricem

marricem, quem tament cam brevi temporis ficacio

vinz ciusdem repredii vircus, fine qua in Thrumo

# De iis quae docuit cadaverum inspectio.

Lt una fere facies morbi, sic necrologiae. De hac autem monendum est, numerum harum obfervationum non esse magnum, neque omne complecti epidemiae tempus: quantumvis enim faciles esse solent Cives nostri in cadaverum sectionibus admittendis, Medico non tantum suit otii ut in praxi communi has susciperet. Ob eamdem causam, etiam in Nosocomio, hujus rei initium non factum est ante mensem Octobris. Quaecunque igitur de hac materie, quantum ad rem nostram faciunt, breviter hic inveniuntur notata, omnia

funt ex observatione Clar. Hendriks, Collegae aestumatissimi, cujus consilio ac diligentiae, in instruendo et conservando hoc hospitio, multos debemus servatos cives.

Ex funerum sectorum numero 107 historia, non pauca trahi possunt, quae, comparata cum observatione in aegrotantibus, faciunt ad naturam et causam morbi explicandam. Horum rationem, numeris expressam, sequens docebit tabula.

Ob

NOSOCOMIO PUBLICO.	MORBORUM SERIES AC NUMERUS.	Febris Dys. Diar- Febris univer- nervea cnieria. rhoea putrida. salis.	n ai	3 11 2 5 0	11 9 6 2 6	3 9 1 9 1 0 24 1 0 1	17 18 11 10 10	6 13 24 2 2 2 1 0	debening to the contract of th	12 4 4 4 6
CONSPECTUS NECROLOGIAE IN NO		VITIA REPERTA.		Cystis fellea bile valdequam turgens.	Hepar vario modo adfectum.	Renis color aut substantia mutata.	Lien fuscus, mollis, in pultem fere conversus, aut vo- lumine auctus, vel indurata membrana ejus externa.	Tubus intestinorum, interne vel externe phlo- gosi ejusve sequelis notatus.	Sinus venosi encephali aut membrana vasculosa, sanguine solito magis impleta.	Ventriculi cerebri aut membrana arachnoidea plus minusve continens humoris serosi.

Sequentia de hac materie sunt notanda.

- I. In multis cadaveribus harum adfectionum organicarum plures fuisse conjunctas, in quibusdam omnes.
- 2. Lienis vitiati loco tumentes venisse glandulas meseraicas, in infantibus annorum 4 ad 8; quorum unus Ictero, duo Diarrhoea ac duo Febre hectica perierunt.
- 3. Hujus visceris corruptionem in hac epidemia adeo fuisse vulgarem, ut, praeter morbos in Tabula notatos, in quinque Apoplexia peremtis quinquies adfuerit, neque etiam defecerit in febre lenta, febre hectica, Ictero, Intestinorum susceptione quin et Asthmate.
- 4. Varii generis calculos felleos occurrisfe in novem cadaveribus, tam febrem nervofam et hecticam, quam putridam ac dyfenteriam passis.
- 5. Minus quam soleant rara quoque fuisse scirrhosa matricis vitia. Haec tamen et calculos (4) non reperta esse nisi in aetate provectioribus.
- 6. Inter 107 defunctos, quorum cadavera aperta funt, Viros fuisse numero 36, Mulieres 63, Infantes 8, ac 33 qui supra sexagesimum aetatis annum vixerant.
- 7. In plurimis denique corporibus, si cavum cranii excipias, memorabilem fuisse sanguinis boni inopiam.

Haec omnia confirmant cum deleteriam hujus febris, foli Naturae relictae, indolem, tum laudes pharmaco unice certo et specifico ante tributas; simulque abunde docent, quemnam sinem huic morbo fecissent Venae Sectiones copiosae atque Hirudinum numerus abdomini adplicitus; tentatam vero Medicis nostris, vix crediderim, fuisse hanc medendi rationem, etiamsi sanguinis missio topica, ut in cephalalgia furibunda similibusque capitis adfectionibus, sua utilitate non caruerit.

Nec male haec in mortuis reperta quadrant cum ingenio morbi asthenici universo, cum valetudine residua (§ 7.), cumque eximia Ferri essicacia; quod metallum quam potens sit in exsangui viscerum abdominalium debilitate, nec non in splenis, sebre intermittente tumidi aut relaxati, vitio nulli Medico non est notissimum.

Visceris denique hujus languens vel penitus conturbatum officium, una cum Hydrope, cum Sanguinis rubri coagulabilis paupertate, ac glandulis, liene sano, affectis in pueris (2), totidem argumenta sunt pro egregia Tiedem anni Heidelbergensis ac Gmelini de sunctione hujus organi theoria; juxta quam in liene princeps est systematis lymphatici officina, qua Chylus praecipuam accipit vim plasticam et coagulandi nisum,

29

fimulque aeri expositus colorem contrahit subrubellum, quibus dotibus ad sanguinis ipsius naturam quam proxime accedit; qualiter contra hae chyli qualitates valdequam deminutae inveniuntur in animalibus, per aliquod temporis a liene sublato spatium: ita tamen ut glandulae meseraicae hujus organi vices gerere tandem adsuescant (\*). Haec vero consuetudinis essicacia non temere ad corpus humanum est applicanda: cujus quippe systematis lymphatici conformatio non omni numero similis est animalium, hisce experimentis atque observationibus subjectorum.

\$ 9.

Negriculta vero hisco fignificatum vole, quaff

folia foliaciones ad morbi originam explican-

Inquiritur in morbi indolem contagiosam.

causing evium tibert, fenicatis periculum: nataque

Non valde complicata mihi videtur esse haec quaestio, dummodo bene definita ante fuerit notio rei de qua quaeritur.

Morbum quemdam contagiosum declarare licet, si homo sanus, ab aegroti contactu vel vicinia,

chronico laboracibas.

quo-

(\*) Versuche über die Wege, auf welchen Substanzen aus dem Magen und Darmkanal ins Blut gelangen, über die Verrichtung der Milz und die geheimen Harnwege. Heidelberg 1820. quovis tempore ac loco, quamquam non semper et ubique eadem cum facilitate, simili adfectione corripitur. Talis morbi vulgatissima exempla sunt Variolae, Morbilli, Scarlatina, Febres quaedam typhoideae, Pestis orientalis, cum quibusdam morbis exanthematicis, etiam non febrilibus.

A contagio contra immunis habeatur omnis morbus, in quo sequentes observantur conditiones: primo, morbi ingenium, communi experientia ad contagiosa minus referendum; deinde desiciens translatae, ab hominum commercio, adsectionis exemplum; tertio denique causae communes epidemiae, solae sufficientes ad morbi originem explicandam.

Neutiquam vero hisce fignificatum volo, quafi nullum sit in societate aegri, a morbo contagioso omnino etiam liberi, sanitatis periculum: namque a sola phantasia aut metu morbum alienum attrahi omnibus notum est, nec minus perspiratione, vel quidquid sit, quo corpus sanum ac vegetum adsiciatur ab interiore commercio cum valetudinariis, senio confectis, aut quocumque demum morbo etiam chronico laborantibus.

Quod si hominum quoque sanissimorum copia, minori quam sas est spatio coacervata, aerem spirandum letali imbuerit miasmate, aerisque insecti,

in iis qui mortem evaserunt, sequela fuerit sebris fummopere advnamica, qualiter testantur miferrimi cafus, qui feculo praegresfo Tribunali Oxonienfi, deinde Londinensi acciderunt, cum horrenda carceris Bengalenfis et non una ex proximo nobis bello historia; mirum fane non est, ab omni discrimine libera non esse corporum effluvia, si minori etiam quantitate eodem tempore materie morbofa fuerint impraegnata, absque tamen ut inde fequatur translatio morbi ejusdem plane naturae. Atque simili causae (nisi sit a tempestate mutata) quandoque tribuenda erit morbi alicujus epidemici benignioris in pejorem conversio. Certioris vero argumenți ipfa observatio est, quod in Nosocomiis, aliquamdiu jam plenis, ne excepto etiam nostro. major esse soleat sebrium continuarum, typhoideae fimilisve naturae, numerus. Sin vero hae aedes infeliciorem situm habeant, aut aegris nimium impletae fint, aut ventilationis, munditiei, omnium rerum necessariarum copia, quaeque reliqua sunt Artis medicae adminicula defecerint, morbus generabitur eximie malignus, cui ab ipfo Nofocomio nomen; atque hoc pacto commune miasma aereum in uno hoc loco valde augebitur, et facile accedet contagium ab ipfius morbi natura, in contagiofam nunc mutata; qua unione non potest quin morbus

reddatur generalior magisque fimul perniciofus.

Si cum hisce comparare velimus nostram epidemiam, primo loco ipse morbus erit considerandus. Hunc ab initio ad finem Intermittentis periodum servasse vidimus (§ 5.), raraque suisse continuae, praesertim typhi, exempla; qui vero si observati sunt, tantum non semper insolitum habuerunt lentorem, ita ut chronica sere consumtione, aut accedente diarrhoea, aut gangraena a decubitu similibusve perierint aegri; qualem unum alterumque in Nosocomio, primis ab ejus initio diebus, vigente tamen maxime epidemia vidi, atque unum solum in praxi privata, qui quinquagesimo demum morbi die occubuit. Febris autem intermittens communi experientia non refertur ad morbos contagiosos.

Deinde, Medicorum, numero circiter 36 ad 40, nullus mortuus est, ne ex junioribus quidem ac Medicinae faciendae plane infuetis; paucique aegrotaverunt, quorum vero morbi a fumma fatigatione ac taediofissimae praxeos laboribus derivari debuerunt. Si tale quid siat etiam in morbo contagioso, inter rariores certe pertineant necesse est hos casus. Praeterea quaedam exempla prostant hominum, qui tempore epidemiae a Groninga aut Frisia profecti, in varias Urbes morbum adhuc dum silentem transtulerunt; qui itidem quando apparuerit nostro

33

similis esse fuit observatus, absque tamen ut cuiquam e sanis, una etiam domo degentibus, impertitus suerit; qui tamen verus atque solus contagii est character.

Denique nulla, mihi saltem, innotuit aegri observatio, ad cujus morbum explicandum causa communis non sussecrit.

Quem ad modum autem, ut vulgari exemplo utar, uno foco multi incalescunt, unoque naufragio plurimi pereunt, sic etiam pleraeque longe epidemiae, nostraque inprimis ab una causa communi pendent; quae vero eo infestior evadit, quo plures congeneres, ab ipso licet contagio alienae, eidem accesserint.

#### excitando partes, reprobt. Zoerientia de Agro Gro-

rice Viciniam Maris magnas habuisfe in morbo

Caufarum morbi generalium consideratio.

ningano (\$ 4.); ibique potius, falurari forfan

Etiamsi in epidemiae hujus Actiologia, inprimis comparativa, quaedam desint, ex curatiori, quam mihi acquirendae occasio fuerit, variorum locorum cognitione petenda, omnibusque pene obscurum sit quidquid pertinet ad ipsas atmosphaerae qualitates, praeter nexum quemdam generaliorem inter ejus vicissitudines, parique sere passu ambulantes vitae

+20

organicae, morborum inprimis hominum, conditiones mutatas; eadem tamen experientia duce, e causis proximis primariam epidemiae nostrae ponere liceat in slagranti caeli ardore; hunc minus bene ferunt nostrarum terrarum incolae insueti, praesertim in regionibus declivioribus, ubi ab aquae copia frigere simulque humore persusus esse solet aer, quem ad modum articulis praecedentibus invenitur notatum.

Hollandiae septentrionalis ac Transsalaniae anno praecedenti aquis marinis penitus suerunt obrutae, eo cum eventu ut in hisce solis, proximisque intactis, Provinciarum regionibus epidemia saevierit. Viciniam Maris magnas habuisse in morbo excitando partes, reprobat experientia de Agro Groningano (§ 4.); ibique potius, salutari forsan refrigerio aut ventilatione, aer marinus ardoris ac stagnantis atmosphaerae damno obicem posuisse videtur: namque et Insulae liberae manserunt, rariusque adfici solent.

Undenam vero in litore Cattovicensi originem habuit epidemia, quae, non magis quam nostros, infestasse videtur vicinos ei pagos maritimos a portu Teceliensi ad usque Mosam? An forte a novo suminis Rheni ostio, vel ab artificiali quadam

aeris impuritate in reliquis evitata, mihi non patuit. Sic etiam legimus de pago Broek, tam divitiis quam summa munditie ubivis celebri, quod, quamvis anno praecedenti totus quantus cum agris cingentibus submersus, epidemia tamen vix tactus fuit (\*); neque absimiles et a norma generali diversi in Frisia forsan notari possent eventus. Quantumvis autem propria horum caufa lateat observatione tamen satis certi sumus, morbos vehementes originem quandoque traxisfe e causis, quae, parvae momento habitae vel penitus ignotae, omisfae fuerant aut male curatae. The form or order

In nostra Provincia ex locis maritimis adfectant vidimus fuisse Delfsilam, locum aliis minus salubrem, ab effluviis, ut videtur, e fundo portus ac litoris saepius denudato calore elevatis, additis in plerisque epidemiis refrigerii vespertini noxis. or ventral expedies expedies legiment a Viro. sixon

Ipla haec Provincia, ab inundatione licet non multum vexata, infignem tamen habuit, et ab Autumno erzoek cet., een den Minister ad

er, over de Najaarskoorden in

(\*) G. I. Mulder et I. M. Roelants, Medici Rotterodamenses, qui a fine Octobris praxin susceperunt Hornae, Hollandiae septentrionalis Urbe. Vid. Eorum Bijdrage tot de Geschiedenis der thans in ons vaderland heerschende ziekte. Rotterod. 1826. pag. 11.

ad tempus vernale fere semper habet aquarum copiam; eamque praeprimis in plaga septentrionali media, quam etiam prae aliis nostro morbo adflictam esse vidimus: namque e terris editioribus, praesertim arte elevatis, quales funt agri Amaso ac Mari-erepti eorumque aggeres tutelares, defluens aqua colligitur in fundis depressioribus (\*).

Ex iis, quae de morbo in reliquis Provinciis mihi innotuerunt, elucere videtur, ejusdem hunc fuisse indolis simulque a solitis epidemiis alienae. In Frisia saltem, si comparantur symptomata cum feliciore medendi ratione, vix notabilem et a diverso fortasse epidemiae stadio derivandam, vidi differentiam (+). alife introd and state state a tolliv

inter a de cilluviis, ne vident, e timdo porme

- (\*) Hae cum pluribus aliis morborum in hac Provincia causis, iisque addita notatu dignissima praesidia et cautelae egregie expositae leguntur a Viro Clar. Thomassen à Thuessink, Collegae in Medicina docenda aestumatissimo; vid. Rapport van de Commissie van Geneesk. Onderzoek cet., aan den Minister van Binnenl. zaken, over de Najaarskoortsen in het Depart. Groningen; in Ejus Geneesk. waarnemingen. Amst. 1810. tom. 1. pag. 161.
- (†) I. Vitringa Coulon, Een woord aan de jongere Vriessche Geneeskundigen, over de behandeling der thans in deze Provincie heerschende ziekte. Leeuw. 1826.

In Hollandia septentrionali similia fere descripta legimus phaenomena, morbum vero ipfum multo citius finitum multoque minus letalem; quamquam numerus aegrotantium Hornae, ratione civium, computatus est = 1:4(\*). In eo conveniunt Frisia, Hollandia septentrionalis ac Transifalania, ut loci submersi reliquis gravius fuerint adflicti; quo minus igitur in diluvie ponamus causam epidemie praeparantem, non obstat Groningae, Hornae atque Urbium Frifiacarum morbus vehementior: quippe qui causis accedentibus, partim cognitis partim forfan obseuris, est tribuendus.

Valdequam vero a nostra discrepantem invenimus epidemiam anni 1779. Hujus enim initium fuit post ardentissimam quoque et siccissimam aestatem, sed ingrediebatur circa Autumnum; haec litora Maris, praesertim interni, prius ac fortius infestabat, et locos elevatiores prae paludofis; febris erat generis continui, indole et origine Catarrhalis, ita vero ut Hepar et canalis intestinorum facile in confensum raperentur, et morbus valde pronus esset in Dysenteriam, Gangraenam ac febrem putridam; naturae quidem fuit valde asthenicae, at simul malignior et in quibusdam locis a contagio fane non alienus; erians quacilant atmother inveniment de epidemia in

<sup>(\*)</sup> Mulder et Roelants, l. c.

minus diu perstitit, sed pro varia constitutione ocali, diversa cum vehementia saeviit, praesertim Harlingae, Harderovici, Enchusae similibusque locis maritimis, Amsteledami contra multo melius cessit quam in excelsa Urbe Neomagensi; optima denique medendi ratio, circa stadium saltem tam epidemiae quam morbi individui medium, in Opio erat ac roborantibus (\*).

parenter non obline Commune, Mosmos, arque

combined memorables strategical memorables.

foll ; advantage dramifer to the outpour madiferration

TIL S THE STREET THE TOTAL STREET CHIPPE

(\*) Hanc Epidemiam egregie descripsit M. van Geuns, Professor Medicinae Harderovicensis ac in Gelria Archiater. Vid. liber, De heerschende Persloop (Dysenteria epidemica), die in de laatste jaren, vooral in 1783, de Provincie Gelderland getrossen heest enz. Harderov. et Amstel. 1784.

De Frisiaca, praesertim qualis Harlingae suit, legimus in libello, Kort verhaal, enz. Auctore I. de Reus; nec non Doct. Stinstra, in Verhandelingen der Natuur- en Geneesk. Correspondentie societeit, tom. 1, ubi etiam quaedam annotata inveniuntur de epidemia in Urbe Groningae, observante Doct. Loofs.

#### dimidium Augusti forir 2 mata cat in parioris

typi Internstrencem a cui addita ex ipfisfimis nis

### Contraction caufarum generalium expositio.

dominalium et cerebri, cum multo majore debili-

Horum omnium fummam faciunt sequentia.

- 1. Solito major effluviorum aquoforum copia produxit et auxit adfectiones vernales ordinarias.
  - 2. Deinde ingressa est notissima temperatura aestiva, qua, vaporibus his admodum auctis, ac tempestate humida simulque frigida in calorem humidum mutata, corpora disposita sunt ad languorem ac debilitatem.om antiog non cont orom
  - 3. Nec tamen a refrigerii periculo omnino libera fuit hace tempestas; quo factum est ut, in Urbe faltem nostra, a medio Junio ad medium mensis sequentis, funera infantum, quorum quippe vita ac sanitas a perspiratione magis pendeat, fuerint triplicata. caricoata explicata.
- 4. Post haec, aestate maturiore dissipatis jam vaporibus aqueis, tam agris exustis quam ingenti numero fosfis atque alveis, aquam tenere folitis, fol ardens extorfit miasma venenatum, indolis obscurae quidem, sed nomine Paludosi atque effectu deleterio Medicis notissimum.
- 5. Hoc miasmate, simulque persistente ardore, febris biliofa, asthenicae jam naturae (§ 5.), circa

dimidium Augusti sensim mutața est in purioris typi Intermittentem; cui addita ex ipsissimis his causis symptomata nervea, adfectiones viscerum abdominalium et cerebri, cum multo majore debilitate, eam reddiderunt periculofiorem. Specificum vero antifebrile, cui circa solstitium morbus jam cesserat, nunc etiam sufficere minime desiit, quin immo Antidoti praestitit vires: ita ut longe plures homines fervatos gauderemus, fi pluribus ad hunc salutis fontem suisset aditus,

6. Sin vero quaeratur cur hoc miasma, pro more suo, non potius morbum typhoidem produxerit quam intermittentem? ratio rei forsitan petenda erit in praegressa ipsius aquae copia; quae, etsi generalem morbi causam auxerit, ab altera parte efficere potuit, ut miasma tardius evolutum fuerit, quam fieri debuisset e terra maturius et circa folstitium jam exficcata. concepted disco, action maturiore distipatis jum

for actions extends polesme, veneration, indolis obfense quidem, fed nomine Palneloff arque effectu

vegorious actris, true agais exast stepam ingenti

provero feele atque alveis, aquam tenere folius.,

de tenerio Medicis modisfrancia. . . . ) (oc missmare, timpique perfistence ardore,

fogris billofa, asthonicae jem naturae (\$ 5.), cfron 76

S 12.

De causis cur majori cum vehementia in Urbe saevierit morbus, ac diutius ibidem protractus fuerit.

## a) Causae accedentes.

Operae pretium est inquirere in fontem tantorum malorum, quo factum est ut, in Urbe tam faluberrimae famae, fub minori etiam, quam in aliis Urbibus ipsoque Agro Groningano, causarum praedisponentium concursu, morbus excitatus suerit, cum aegrotantium tum mortuorum numero dirissimus.

Mortalitatis rationem generalem, eamque comparatam cum anno praecedenti, brevi compendio contractam continet Tabula proxima; sequenti notata est aetatum defunctorum series.

henionia in	Summa.	292	541	410	1139	2448
TABULA GENERALIS MORTUORUM.  a primo Maji ad ultimum Novembris.	Novembr.	8 4 4 7 7 7 7 7 7 7 7 7 7 7 7 7 7 7 7 7	5 95	(a)	172 249	421
	Octobr.	51 38	68	e i	280	592
	Septembr.	4 4	88	igi igi	321	299
	August.	749 m		1019	221	449
	Julii	27	62	inac.	61	156
	Junii.	25	65		56 46	102
	Maji.	35	65		33	19
	1825.	VIRI. FEMINAE.	SUMMA.	1826.	VIRI. FEMINAE.	SUMMA.

-ornoo rii	40-40	32	188	80 et ultra.	26	34	57	157
is Nofo-		140	181	75—80	16	2.3	50 85	135
em br	d my	35	134	70-75	20	S 38 co	56.	163
A E T A 1 inctorum ultimum	RES.		82	RES.	91	32	65 85	150
SERIES defi	JUNIO	17	89	SENIO 60—65	11	23	69	150
dinsdons	ania.	06	449	Annorum.	300	52	114	239
and consistent of the state of	1825. Infra	89	1826.	1825.	VIRI. FEMINAE.	SUMMA.	VIRI.	SUMMA.

Horum pauci, ex media faltem aetate, prava morbi indole, plurimi periere quibusdam accidentiis, quarum princeps facile habeatur virium corporearum tanta depressio, ut morbo admodum debilitanti ferendo non sufficerent; cujus rei testimonium est infolita, maturiore aetate defunctorum hominum, nec non fexus muliebris abundantia, qualis e Tabula patet, collata cum defunctis in Nosocomio (§ 8, 6). Sin enim febrem habuisfemus typhoideam eamque contagiosam, multo major esse debuisset aegrotantium, ac duplicatus sane perditorum civium numerus.

Si aegros confideremus, qui uno eodemque tempore, per integros menses Augusti, Septembris atque Octobris, communi morbo oppressi jacebant, eorum numerum invenimus 8000 non minorem; qui igitur 1 partem incolarum, quanti erant ante morbum ingresfum (28,000), computatione superat. Ex hisce aegris, calculus singulo horum mensium defunctorum medius est 569, atque ita aequalis - fere aegrotantium parti.

Propter hanc debilitatem proximasque ejusdem fequelas, ad malignos referri debuisfet morbus noster; nisi vires apta Medicina excitari ac sustentari, ipfique motus febriles certo fatis remedio compesci potuissent. Sed, per duos fere menses

et supra, tanta aegrotorum copia commissa fuit 10 ad 12 Medicorum curae. Huic artis medicae auxilio deficienti addatur omnium rerum, quae aegro debeantur, in tenuioris conditionis hominibus inopia. Quae utraque quid valeant, aliarum Provinciarum regiones nobiscum comparatae confirmare poterunt, sed prae omnibus docuit Nosocomium nostrum. Hoc scilicet, 8° Septembris primo apertum, recepit omnis generis, paupertate fola fibi fimiles aegros; quorum magna pars, corporis et aeris munditie, pharmaco excitante, praesertim vero alimenti defiderio prudenter expleto, postridie jam multo melius se habebat, eo cum, effectu, ut duodecimo die ex 275 aegrotis 11 mortui numerarentur, quos inter 4, annos 70 circiter nati. Sic etiam in corporis constitutione fana, juvenili vitaeque genere moderatiore causa quaerenda est, cur Militum, magno fatis numero aegrotantium, minor etiam quam in Nosocomio publico fuerit mortalitas.

parceret, multisque lan lettlis fuiste, integris adirection ceteris Urbis partibus.

## charing minited Continuatio.

### b) De caufa locali, peculiari, endemica.

Si quis conspexerit Urbis nostrae faciem cum

foris spatiosis, plateis amplis, ad lineam rectam fere compositis, cum aqua fluvia nec tamen nimia. pulchram vocat hanc Urbem et jure, falubritatem ejus auguratur, neque etiam injuria (§ 3.); vix autem fuspicari poterit infidiofum intra ipfius muros morbi fomitem, qui latuit etiam Groningae cives, nec tamen omnes. and imple onig bel improved formalines

Est nimirum locus fatis amplus et incolis frequens, in tractu Urbis septentrionali, quatenus, a plaga occidentali feu a portu ad orientem usque comprehenditur inter antiqua, quaeque hodie Urbem cingunt, moenia. Notissima sama Medicis jam dudum fuerat hic locus, quia epidemiae vernae atque autumnales ibidem numerofiores producere observabantur aegros, morbumque simul pertinaciorem aut minus boni moris. Neque minus hoc anno, a primis ejus menfibus, in hac regione reliquis major fuit aegrorum ; praesertim etiam febre quartana laborantium copia; atque hunc locum semper tenuit morbus, ita ut vix cuiquamparceret, multisque jam letalis fuisset, integris adhucdum ceteris Urbis partibus.

Quamvis in extremo praeprimis Urbium circulo egestas habitare foleat, in nostra tamen haec longe major ac frequentior est in opposita seu meridionali regione: non igitur culpanda est proDE CAUSIS CUR MAJORI CUM VEHEM. CET.

pria civium immundities, nisi in quantum causam primam, ipfi loco adferiptam, auxerit.

Hunc locum quaesiverunt in portu vel canali, qui abhine ad Mare ducit; cui autem sententiae opponere liceat quod, etiamfi hujus canalis cumque eo communicantis fosfae, quatenus haec, inter duas cataractas reclusa, i fere et quod excurrit Uibis antiquae partem cingat, fundus argillaceus non semper quidem tectus est utriusque Fluvii ipsiusque Maris aquis; rarisfime tamen, fi unquam, tam din nudus jaceat, ut solis ardore exsiccari quin immo calefieri possit. Unde sequitur quod, fi miasmatis cujusdam sedes sit in portus vicinia. hoc tamen non emanare ex ipso portu; sin etiam vapori aquofo ex Argilla denudata, quam ex ipfa aquae superficie surgenti, paulo major in atmosphaera mutanda tribuatur efficacia (§ 2. pag. 6). Praeterea non folo hoc puncto commune esfe morborum domicilium, fed ad regionem usque Urbis orientalem propagari vidimus; ubi, uno alterove canali excepto, aquae semper fluunt, earumque recessus cataractis prohibetur.

Neque hoc miasma ad Urbis partem Septentrionalem translatum esse e vicino rure, ex eo patet, quod pars Provinciae suburbana multo minus quam media fuerit adflicta (§ 4.); cui adde quod egeriam. Van Genus, I. c. pig. 63.

ipso hoc loco morbi epidemici quotannis fere recurrere soleant, libera codem tempore vicina Provincia. They be yet the server that it mereb bonal!

Quam ob rem nulla causa superest praeter halitum longe perniciosiorem, vere paludosum, ejectum e cloacis, hanc praesertim Urbis regionem occupantibus, numero aut capacitate magnis, varia tam vegetabili quam animale materie excrementitia, eaque pro maxima parte evacuari nescia, semper plenis; tempestate solita motu intestino parum agitata, haec materies partes volatiles inclusas quiete auget, fovet et ad majorem acrimoniam disponit, usque dum infolito ardore, aliaque forte causa obscuriore accedente, ad fermentationem putridam incitata, vapores expellit-'experientia nimis notos (\*).

Forsitan haec causa non omnibus satis aperta esse videbitur, et alia desiderari posset aut aliunde petita; quae dubia si duxerint ad repetitas et curatiores inquisitiones, nil nisi boni ex iis fluere poterit; dummodo ob oculos habeatur semper marshis educacis probibe

Non soli Groningae topicum esse morborum sontem, docent Epidemiae Neomagenses, tam anni 1736 Degnero, quam 1782 Lotichio descripta: utramque nimirum legimus in Platea fancti Pauli fuisse, exortam. Van Geuns, l. c. pag. 63.

49

rem esse admodum seriam non errasse in conclusione, de qua pendent millenorum hominum vita
ac sanitas. Si quis igitur propositam causam esfectui minus parem esse censuerit, prius, precor,
quam eam omittat vel penitus rejiciat, morbosam
inspiciat Urbis topographiam, quam a se collectam in mappis exposuit Doct. noster Tellegen,
per aliquot annos in hac Urbis constitutione,
eaque cum constanti morborum sede comparanda,
occupatus. Namque non mea haec experientia
est, sed tota quanta ex assidua meritissimi viri
observatione petita.

# fubficquentes recurrere; cujus rei multa exempla in libris Medicorum notenia lacile est. Sic filis

# De epidemiae recurrentis periculo.

Tempore, quo huic descriptioni sinem imposui, medio mense Decembris, morbum valde declinasse laetamur; eo nimirum usque, ut civium, qui hoc mense Novembris succubuere, cum eodem mense anni praegressi comparatorum, ratio sit numeri 421 ad 95. Aegrorum simul magnam adhucdum superstitem dolemus copiam; quorum vires, a repetito morbo recidivo fractae, restaurari negant, vel qui hydrope aut sebre intermittente, aut vix

manifesta aut larvata, laborare pergunt, nist Sulphate chininae aliove remedio iis mederi fuccesferit. Horum omnium major minorve pars ad fanitatem reditura est pro feliciore vel minus favente tempestatis hijemalis conditione.

Hisce igitur passis, brevi omnino finitam fore epidemiam, quis est quin spe averit! Ne autem placido fomno fopiti tristes aliquando expergiscamur, juvabit generalem consuluisse morborum popularium historiam; quae nempe docet, graves ejusmodi atque mali moris morbos non raro. quin etiam frequenter, per unum aut plures annos subsequentes recurrere; cujus rei multa exempla in libris Medicorum invenire facile est. Sic folus Sydenhamus notavit epidemiam Londinensem anni 1661, quae tertio rediit anno, aliamque ibidem ab anno 1669 ad 1672 repetitam.

In nostra Patria permultos legimus morbos, etiam contagiosos, cum tempestate calida iteratos, quamvis causa praedisponens agri submersi, vel arte exficcati, repetita non fuisset; plurimos vero ex hisce morbos, quatenus a feculo 140 ad 17um maxime nutriebantur rerum phyficarum ac mediignorantia et superstitione, tangere non oportet; sufficiet igitur revocare epidemiam, quae anno 1763 et 1764, deinde ab initio anni 1773 ad vastavit. Trajecti ad Rhenum Angina gangraenosa anni 1769 non uno anno cessavit; similis morbus anno 1778 cum sequente Roterodamenses adslixit (\*). Quae vero generalior suit, Epidemia anni 1779 non minori cum vehementia proxima aestate rediit, quid, per quinque annos Gelriam pervagata est, ac tam parum lenita atrocitate, ut ingressu anni postremi, quatuor mensium spatio, in una hac Provincia 4000 cives leto tradiderit (†).

Neque hoc mirum videbitur consideranti, causam quamcunque Epidemiarum proximam, in nostro
casu immodicum aestum, haud raro effectum esse
alius causae, indolis omnino latentis et solo coeundi tempore ac ratione quandoque conspicuae;
qualis fuisse videtur nexus epidemiae 1779 et anni
sequentis cum terrae motu, qui circa hoc tempus
Calabriam devastavit; cujus quoque generis concussiones vehementes annis proximis non defuerunt, praesertim in regionibus Orientalibus, et

<sup>(\*)</sup> Conf. F. W. Buchner, Verhand. over den invloed der Noord-Höll. droogmakingen na 1608 op de gezondheid der Ingezetenen, uitgegeven door het Provinc. Utrechtsch Genootschap. Utr. 1826

<sup>(†)</sup> Van Geuns, l. c. Praef. pag. 5.

faepius invenientur in morborum historiis. De adfinitate saltem, qua conturbationes in terrae visceribus devinctae sunt cum mutatae atmosphaerae phaenomenis, omnino exploratum est. Turbulentam ejusmodi Atmosphaerae inconstantiam haud raro transire vidimus in constitutionem stationariam, ita ut per aliquot annos perstiterit tempestatum simulque morborum conditio.

Contra difficillimum est, ne dicam impossibile, semper dijudicare, quid et quantum generalis ac necessarius atmosphaerae status ad morbos faciat, quid causae variae, arte humana evitandae atque tollendae. Felices igitur si, hisce folis fublatis, falutem recuperare possimus et conservare, quin etiam morborum atrocitatem lenire. Qualiter enim, post fingulam submersionem novis munimentis aggeres roborari, et e pulveris sclopetarii semel incensi damnis cautelae oriri solent antea minus adhibitae aut neglectae; ut prudens Pater familias domum fulmine tactam conductore electrico tegit, ne, penitus deinceps combusta, temeritatis suae poenas luat, sic etiam in Urbe nostra certissime nihil remansurum est, quod aliquo modo facere posfet ad hanc tragoediam renovandam, nec quidquam neglecturum finguli, etiam proximi, I morbi principiis obstandis ejusque periculo dimi-

nuendo idoneum. Quid enim est Urbs pro parte eversa, quid incendium, quid regionis cujusdam inundatio, si comparata fuerint cum tot hominum perditorum numero, tantoque labore atque aerumnis, per longum annorum spatium vix exfolvendis! fumou publico bonum acque bumanum Medicum

#### ei confficuere, non metis Quariente jubetur et pie-

## tetis efficio, quam communi rei publicae fature: De Epidemiae prophylaxi et cura.

Malo cognito praesto sunt auxilia. Quaecunque enim, de miasmatis endemici fede et origine (§ 13), Eruditorum fuerit sententia, vix tamen crediderim, quempiam horum tantam fordium congeriem civium fanitati non inimicam esfe habicurum muriv mariv anella alitaubul ob imp , tee

Iam ante hos 50 annos, qui, procul dubio, plus quam integrum feculum praecedens, fecerunt ad generis humani maturitatem, Clar. noster van Doeveren "hac in Urbe minus recte curatas cloacas et projectas in vias publicas fordes adduxit tanquam morborum malignorum causam, hisque addidit vitam Plebis otiosam ac morbos quos ex defidia et forditie contrahit" (\*); cui

Sermo Academ. de fanitatis Groninganorum praesidiis ex Urbis naturali historia derivandis. Groningae 1770, 4°. pag. 52.

vero postremae fentinae exhauriendae, Oratoris tempora multo minus quam nostra favebant.

De honesto tamen ac bonorum aestimatione dignissimo paupere hic neutiquam sermo est; hunc fustentare ac relevare et, si morbo laboraverit, fumtu publico bonum atque humanum Medicum ei constituere, non magis charitate jubetur et pietatis officio, quam communi rei publicae falute: ne scilicet uno morbo, languescente simul quaestu, perdatur multorum annorum fructus, aut aeger, dira fortunae suae qualiscunque tuendae necessitate, vitam ac sanitatem omnino negligat.

Simili humanitate nec minoris publicae fecuritatis causa, sed longe alio modo tractari necesse est, qui de industria aliena vitam vivunt nunc miseram, modo opulentam, at semper inconsideratam; quorum habitacula totidem funt cloacae pestilentes, privata nec publica auctoritate eluendae. Ex talibus hominibus multos ad bonam frugem se recipere experientia docere non definit, dummodo manibus fuis utantur confilio alieno administratis; usque dum vita laboriofa ac religiofa, corpore et mente fana, atque bona infantum fuorum cura, felices esse adsueverint.

Quaenam ergo difficultas remaneat in amplectendo auxilio, quo uno medeatur rebus publicis atque privatis, vel quidnam boni sit in conservanda medii aevi, mire sibi in egestate et otio favendo placentis, residua barbarie, ego sane non video.

Religionis munere, de coemeteriis intra Urbis moenia collocandis, repetere quae a Mosaico usque tempore in hunc diem dicta sunt, idem foret ac tempus terere; atque hoc eo magis, quo considentius speramus, Urbis Groninganae Magistratum, ut in aliis quondam institutionibus salutaribus (\*), sic etiam in abrogando isto more, cujus nulla sana ratio dari possit, multis Patriae Urbibus fore antecessurum.

"Varia remedia, sunt iterum verba Doevereni, ingenti malo (morborum scilicet miseriis
cum egestate conjunctis) adhiberi possunt; nullum
vero magis essicax, nullum ad salutem pauperum
prae-

(\*) Quales funt 'artis obstetriciae schola; lex Romana (Regia) de gravidis mortuis cum setu non inferendis renovata; praemia statuta de salvandis submersis; et nostro demum tempore prae reliquis sorsan utilissimum, de sijphilidis contagio arcendo consilium; quod autem, postquam per aliquot annos exspectationi ac votis egregie responderat, nihil nobis reliquit praeter solam memoriam.

praestantius, nullum Civitati honorificentius, nul-Jum fumtuum parsimoniae aptius, quam exstructio Nosocomii publici, quale fere omnes Europae Urbes possident". Verissimum enim est, ut legimus pagina ejus praecedenti, in pauperum habitaculis , tam incertam esse et intempestivam medicamentorum assumtionem; tantum in rebus ad fanationem necessariis, bonis alimentis et potulentis, stragulis, foco, aere puro et renovato, munditia similibusque defectum, tantam plerumque animi curam et sollicitudinem, ut mirandum sit, cullum in tabernis et cavernis suis decumbentium egenorum cum fanitate in gratiam redire" (\*).

Itaque si ullum homini officium praestandum sit erga pauperem fanum, quanto majora debentur valetudine conquassato!

Si quis autem dubitaverit de falutis in Nofocomio praerogativa, rationem conferat, ad finem S 12 notatam; quibus addatur quod ex iis, qui in hospitio mortem occubuere, nullus equidem inopia periit, nec desolatus, nec taedio vitae miferiarum plenae.

Itaque praeceptum est humanitatis, ut in omni Urbe Nosocomium sit satis magnum, civibus ac peregrinis semper apertum, atque tali modo in-

structum ut, primo epidemiae ingressu, spatio et apparatu amplificatis atque paratis, aliquot centenos aegros capere possit, paucis Medicis curandos. Hoc pacto prospicitur singulis aegris, et contagii, si quidquam habeat morbus, propagatio eorum sejunctione a sanis optime coercetur.

Cavendum autem, ne, salutaris institutionis loco, hospitium veniat, huic sini multo minus accommodatum; namque hic praesertim extrema se tangunt, ita ut Nosocomium cum omni ejus apparatu, sine Medicorum consilio aut avara manu exstructum, in morbo praesertim epidemico mortis potius quam salutis domicilium appellari mereatur (\$ 9).

In Patriae nostrae, Hollandiae praesertim, Urbibus non pauca sunt! Nosocomia bona, veram Parentum pietatem eximie indicantia; sed recentiore aetate omnes fere Europae Gentes nobis palmam praeripuerunt. Harum institutionum aediscia quibusdam auro ac marmore magnisce splendent; aliis, ad nostratium exemplum, summa munditie, bona habitatione, victu, medicina, soli aegrorum emolumento prospicere curatur. Ex iis autem, quae ipse vidi, facile princeps est Nosocomium Hamburgense novum, ad omnem tam commoditatis quam salubritatis artem revo-

-013

catum, nihiloque carens quod aliquo modo aegrotantium utilitati possit servire. Talem amplitudinem hoc hospitium habet, ut aegros capiat numero 1100; quorum igitur fingulus, collatus cum Civium numero, 110,000 aequante, 00,1 faciat Civitatis universae partem. Si nunc in Urbe Groninga ab epidemia finita ponamus refiduos Cives numero 25,000, Nofocomium nostrum, si Hamburgensi similis ei foret ratio, tempore ordinario fpatio et apparatu instructum esse deberet pro 250 aegrotantibus. Ut autem hae in Urbe non tantam habemus peregrinorum confluentium frequentiam, nec tantam fortasse, quamvis magnam, pauperum atque inopum copiam quaeque fimul speramus fore ut sapienti atque humanissima Magistratus nostri cura identidem diminuatur, necessitatibus hujus Urbis sufficiens forfan erit Aedificium ad 100 aegros curandos aptum: ita nimirum ut, cujuscunque epidemiae initio, mox totum quantum impleri possit, simulque brevissimo tempore majori numero recipiendo fit paratum. e moissifed anod

Nihil facilius, forsitan quis dixerit, quam tales proponere ideas, quae vero mole sua ruant necesse est, nisi aerario pleno sustineantur; et revera nullus hominum de tam immensae restaura-

tionis difficultate non erit persuasissimus, praesertim post epidemiam adeo diram ac valde sumtuosam. Quoniam vero penes alios est de hac re dijudicare, ipsam operam ejusque instituendi et ad sinem perducendi rationem consilio sagaciori relinquere debeo. Haec vero sola adjungere liceat. Primo, utilitatem rerum propositarum, Medicis jam dudum exploratam, post recens exantlatas aerumnas, communis experientiae esse factam atque omnibus consirmatam.

Deinde sermonem non esse de operibus, splendore aut magnificentia sumtuosis, sed hic agi de nostra securitate, de vita humana summoque Civium omnium bono, de rebus ergo, quae in pretii aestimationem venire nequeunt.

Denique Groningam habere exemplum in mox nominata, foedere olim Anseatico secum conjuncta, Urbe; ubi tantum aedisicium surrexit, non ut fructus temporis quieti atque tranquilli, sed post exacta proximo bello tributa acerbissima, raptusque et vexationes non paucas; quo tamen non contentus Senatus Urbem praeterea splendide exornavit et magnis operibus Civium utilitati prospexit ac delectamento.

tions difficultate non crit perfitalishmus, praciertim most epidemium adoo diram se valde funtuoiam. Outprisin vero penes allos est de hac re diindicare i indam operam ejusque infliritandi er ad incen perducendi zacionem confilio lagaciori relinquere debeo. Hace vere tola adjungere liceat. Prime, ntilitarem recom propolitarem, Madicis jam duduos explorations, post recens exanclatas accuminas, communis experienciae esle factam arque omnibus

### EMENDANDA.

Deinde fermonen non este de operibus, faien-

dore aut magnificentia funtuolis, led hie act de Pag. 5. lin. 11. folitas legatur solitos 16. - 7. His -medebatur - rotatorium 8. rotatiorum

23. — 6. rationationem — ratiocinationem nominata, foedere olim Anfeatico fecum conjuncta, Urbe: ubi tantum additiona forrexit, non ut fructus temporis quieti atque tranquilli, fed post exacta proximo bello tributa acerbishma, raptusque et vexisiones non paucas; que tamen mon contentus Senatus Urbem praeterca iplendide exernavir et magnis operibus Civium utilitati prospexit

